



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXIII.

24. Septembris. 8. Cal. Octobr.


urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

264 ANNI CISTERCIENS.

cribus ex ferro instrumentis, quibus te
sine remissione afflixeras. Unica post
lapsum spes superest penitentia: quam fa-
cilius modò dum corpus valet, iam dubia,
si nimium differatur. Tu ex animo meo
illud execrabile cras elimina, ut nunc a-
gam, quod egisse me aliquando optabo.

S. BERNARDUS, s. i. de Circum. Dom.

Vere-
cundia Quem nemo potest arguere de peccato,
vitiosa ipse peccati remedium & verecundum
pœni- pariter & austерum sine ulla necessi-
tere e- tate suscepit: Nos econtrà invere-
rubes- cendi ad obscenitatem culpæ erubescimus
cens. agere pœnitentiam, quod extrema de-
mentia est, male proni in vulnera; pe-
jus in remedia verecundi.



24. Septembris. 8. Cal. Octobr.

Obiit B. MARIA Vela, Abulensis Mona-
anno sterii Virgo illustris, verè cœli de-
1617. licium, quam scilicet Castissimus ani-
mæ tuæ Sponsus amplexu constringe-
Lacta- re, & Virginum Virgo nobilissima sui
tur à B. lactis ambrosia potare; utrique quoti-
V. diano ferè alloquio dignabantur. Tan-
tos favores meruit tua inter cruciatus
invicta patientia, quos tum morbi a-
cerbissimi, tum vietus austertas parie-
bant. Nec

bant. Nec minorem tolerantiæ ma-
teriam offerebant maligni dæmonis
insidiæ, quas aut ipse met suis versutiis
aut malevolorum linguis in te fabri-
cavit. Sed denique omnium glorioſa
victrix, ſecura cordis lætitia transiſti
ad Sponſum. Eminebat inter reliquas
virtutes intentiſſima devotio erga SS. Erga
Eucharistiam: eo enim die, quo ad Ven. Sa-
Angelicum hoc eplum accedebas, ni-
hil cibi potuſve corporalis g��are con-
ſueviſti. Accende hoc amoris igne ani-
mum meum: ut quotiescumque Divino hoc
cibo reficior, nullam cogitationem admit-
tam, quam tantus hōſpes merito aver-
ſetur.

B. NICOLAE, Episcope Roschil- Obiit
densis; qui pro tuenda Ecclesiastica anno
Libertate de propria Sede pulsus, exi- 1249.
lii miseriis sancta morte in Claravalle
finem imposuisti. Quid ego sum, niſi
miser è patria cœlesti exul? Utinam &
mea mors sit finis exilii, & introitus Pa-
triae!

B. ARNALDE: qui prosapiæ Obiit
splendorem è summo Ducum Narbo-hac die
nensium fastigio ad imam Cisterci hu- anno
militatem abjeciſſe videris, ut quanto 1225.
profundiūs descendiſſes, eò altiūs af-
ſurges. Ad primum te gradum ſu-
ſtulerunt Populetani cœnobitæ, inde

M m te a v o c a -

266 ANNI CISTERCIENS.

te avocavit Grandis Sylva, Præsulem utrobique clarissimum: quod primorum in Ordine Patrum judicio comprobatum est, dum te toti Cisterciensi

familiæ Patrem Generalem XVI. de-

*Sum-
mus
Pont.
illi Li-
brum
dicat.* dère. Subscriptis huic opinioni Inno-

cent. II I. qui in quoddam subsequen-

tis honoris auspiciū sermones à sec-

lucubratos evulgaturus, raro dignati-

onis exemplo, nomini tuo nuncupa-

vit; cuius inscriptionis hæc est clausula:

De votiōni tuæ studiū destinare, rogans &

obsecranti in Christo Iesu, quatenus in o-

rationibus tuis apud justissimum Judicem

& piissimum Patrem me reddas spiriu-

liter commendatum. Erigebat eo tem-

pore venenatum caput hæresis Albi-

gensium in Galliæ partibus: ad quod

refecandum te idem Christi Vicarius

Franci- te in publicam arenam prodire jussit,

am pri- ornatum gemino titulo, Legati Apo-

mus le- stolici, ut mos usitatus erat: dein I.

gatur. Q U I S I T O R I S Fidei, cuius præro-

gativam primus in Galliam intulisti,

adscitis in cooperationem amplissimi

laboris Abbatibus aliquot Cistercien-

sibus. Gerebas sacrum id bellum utro-

que gladio, Verbi Divini, & ferri: illo

piis solatium, hoc obstinatis terorem

ingenti animo circumferens: adeò ut

heterodoxi præstantem mira celerita-


te indu-

te industrias tuas magicas artibus
juvari stultissime crederent. Accerse-
bas in militiæ sanctæ societatem stre- *S. Do-*
nuos undecunque pugiles, è quorum minicū
numero fuit Divus Dominicus, tunc *creat*
Oxomensis Canonicus: hunc Autho- *Inqui-*
ritate, qua pollebas, Inquisitionis ar- *sitorem.*
mis munitum, unà cum aliis in cam-
pum eduxisti, tam fructuoso Reipub-
licæ Christianæ incremento, ut dein-
ceps celerissimum Prædicatorum In-
stitutum primas apud te radices posu-
erit. Et necessariæ erant tibi tales sup- *Archि-*
petiæ, cum te Narbona Archiepisco- *episcopī*
palibus insulis coronavit. Augebat hic *munus*
honor labores, simul & nobilis animi *frenuè*
fervorem: nam tam graves inter tur- *implet.*
bas septem Concilia nationalia ad Cle-
ri reformationem coëgisti; quinques
specialibus à Sede Apostolica manda-
tis ad Reges Legationem obiisti. Ex-
haustis tandem senio viribus, verè pro
Domo Dei fagitus, ad meritissimam
Visionem pacis migrasti. *Pax & quies*
præmium sunt certaminis & laboris. At
miserum me! quo jure expectabo coronam,
tam segnis miles & operarius: & insuper
tot tantisque beneficijs affectus à Deo?

S. BERNARDUS, de dil. Deo. cap. 5.
Deo totum me debeo pro me facto, quid

M m2 addam

Quid
homo
debeat
D E O. addam & pro refecto; & refecto hoc modo? nec enim tam facile refectus, quam factus. In primo opere me mihi dedit, in secundo se: & ubi se dedit, me mihi reddidit. Datus ergo & redditus, me pro me debedo, & bis debedo. Quid retribuam pro se? nam et si me millies rependere possem, quid sum ego ad Deum?



25. Septembris. 7. Cal. Octobr.

Obiit
anno
1225. **B.** CÆSAR I Prior Heisterbacensis, qui nominis tui nunquam morituram memoriam non marmori sed libris insculpsisti, relictis posteritati Dialogis, in quibus lector & virtutum præmia, & vitiorum supplicia ad illorum amorem, harumque fugam magna in utramque partem copia **Canoni-** possit intueri. **Doctrinæ** elementa **Cocatu** se Ionia dedit, uti & natales, ac denique **abdicat** cum ætatis maturitate Canonicatum: quem tamen ut relinqueres, te persuasit unico colloquio Gevardus Abbas Vallis S. Petri. Cum enim mirabiles in Sacrum Ordinem Cisterciensem favores à Regina Cœlorum conferri solitos tibi recenseret, pectori tuo in eandem pro-